IO. FRANCISCI PVRPVRATI DE PINEROLIO, IVRECONSVLTI,

ET IN SVPREMO CONSILIO Excellentiſsimi Sabaudiæ Ducis Præſidis olim Taurini ordinarie legentis.

In primam Codicis partem, commentaria.

NVNC RECENS SVMMA DILIGENTIA CASTIGATA, & aucta: ac locupletiſsimo Indice dotata.

AVGVSTAE TAVRINORM.
Apud Io. Baptiſtam Beuilaquam,
MDLXXXVIII.

TITVLI ET LEGES IN PRIMAM partem Codicis.

De ſumm. Trinit. Rub. 1
L. Cunctos populos. 1
De edendo Rub. 9
L. Ipſe diſpice. 10
L. Is apud quem. 13
L. Edita actio. 20
L. Qui accuſare. 36
L. Non eſt nouum. 36
L. Iuſtum. 36
L. Procurator. 37
Auth. ſi quis in aliquo. 37
L. Et quæ à diuo. 39
De in ius vocan. Rub. 42
De pactis. Rub. 43
L. Conditionis. 44
L. Pactum quod dotali. 49
L. Cum proponas filios. 50
L. Licet inter priuatos. 51
L. De quæſtione, quæ eſt ſin. 54
L. Poſtquam hi. 64
L. Poſt venditionem. 68
L. Seruus. 69
L. Creditori. 69
L. Pacta quæ contra. 69
L. Debitori. 70
L. Si paſcenda. 72
L. Cum poſteaquam. 75
L. Legem quam dixiſti. 77
L. Ex conuentione. 82
L. Pacta nouiſſima. 85
L. In bonę fidei. 87
L. Si pacto. 88
L. Petens. 89
L. Pactum quod bona fide. 93
L. Si Creditores. 93
De Tranſactionibus. Rub. 95
L. Neque pactio. 98
L. Cum proponas. 101
L. Actione. 102
L. Tranſigere. 104

AD ILLVSTRISS. PRINCIPEM DIVVMQVE CAROLVM SECVNDVM: Allobrogum Ducem,

IOANNIS FRANCISCI PVRPVRATI IVRECONSVLTI. Præſidis benemeren. in commentaria iuris ciuilis exordium.

CVm decimus Agatur annus, princeps excellentiſſime, quo in hac Taurinenſi academia publicum interpretandarum legum munus obiui, tua gratia, & ſolita in ſtudioſos omnes clementia ad id aſſumptus: congruiſque ſtipendijs, commodis, & beneficijs adautus, & iam tẽpus cedere videatur, quo aliquam ſtudiorum meorum, villicationiſq; meæ rationẽ reddam: dignum eſſe exiſtimaui commentaria, quę in quatuor ordinarias, & matutinas cęſarei iuris partes, publica lectione abſolui ſcholaſticis edere: vt ex his aliquod iuris profeſſoribus emolumentum afferatur. At ſicut ex veteri legentium inſtituto primus interpretandus publicèque legendus occurrit C. liber, ita operæ precium viſum eſt noſtras ſuper illo interpretationes qualeſcunq;, quaſi agelli noſtri primitias, ante reliquas in lucem tradere. Verùm, quia ſcriptorum hic eſt mos, qui libros edunt, vt opus ſuum principibus, aut alicui in terris numini dicent: quo ſecurius in publicum prodeant. Has propterea lucubratiuncilas noſtras tuo nomini ſacraui: vt liminaris inſcriptio, totum opus illuſtret, & detractorum morſus cohibeat, qui plerunque rodentes (vt Hieronymus ait) in publico detrahunt, quod in angulis libenter legunt. & quod aggredi nunquam auſi ſunt, aſſequique deſperant, inſequi maledictis non ceſſant. Cui enim præſens opuſculum magiſquam tibi (princeps clementiſſime) à me debeatur eſt nullus. Nam ſi aliorum principum virtutes cum tuis comparare voluero neminem ſanè reperiam, quem tecum dignè ſatis conferre poſſim. Tu quidem alter Plato ſapientia mihi oblatus es: qui Fabij continentiam, Catonis grauitatem retines: animiq; moderatione Aphricano ſuperior exiſtis: in clementia Marcum marcellum vincis. & in humanitate Piſiſtratum athenienſem: qui proprijs inimicis pepercit. Summa tibi in ſubditos eſt pietas: pro quibus ſepè noctes tranſigis inſomnes, memor homerici dicti, non oportere illum, cui multi populi ſubſunt, totam noctem dormire: meditatione, & ſolerti gerendarum rerum conſilio cunctos tuæ tempeſtatis principes exuperas. Periandri corinthij conſilium imitatus, qui ſapientis vitam dicebat in meditatione conſiſtere. Memoria quoq; Mitridati fortiſſimo regi ponti es comparandus: qui viginti duarum linguarum, quibus præerat reminiſcebatur. In te vitæ integritas, pudor, modeſtia, & perfectiſſima fides pollet, eximiaque in deum religio, & in ſanctos veneratio. Et propterea tuum hunc principatum in perpetua pace continuiſti. Beatam, & felicem hanc patriam, noſq; tibi ſubditos omnium eſſe fortunatiſſimos omnes prædicant: quos fouet ſpes hoc ipſo tempore, quo totus terrarum orbis bellis, atque odijs intrinſecus ardet à cunctis hoſtibus te regnante ſeruati: qui hactenus amœniſſima tranquillitate ſub dulci alarum tuarum vmbra perfruimur. Veræ principis alæ ſunt iuſtitia, & fortitudo: quæ inter reliquas virtutes, animiq; tui dotes maximè fulgent. Sanctas enim leges, & rectas maiorum tuorum reformaſti: ac prout temporum exigebat conditio condidiſti: & conditas, atq; decretas exequi procuras: vitæ tuæ ſtudium omne in ſubditorum fœlicitatem, & commune bonum dirigens. Iuſtitia omnis merito in te eſſe dicitur, & prædicatur à cunctis: quæ omnes ambit, complectiturq; virtutes. Fortitudinem ita retines, vt omnes prudentiæ circunſtantias diligenter obſerues. Conſideras enim quid facis, & quantum, neq; temerè diſcriminibus te inijcis. prius omni humana coniectatione cuncta reuoluis: & deinde cogitatus tuos iactas in dominum deum optimum maximũ: ab omnium iniuria te abſtines. Confidis quantum, quando, & cum quibus oportet. Te nulla deprimit aduerſitas: aut vltra metam extollit fœlicitas. Eadem ſemper eſt animi moderatio, idemque vultus, & ſapientiſſimum, ac ſolidum gerendarum rerum conſilium. Accipe igitur iuſtiſſime principum iuſtiſſimarum legum interpretationes: primos vigiliarum noſtrarum ſcholaſticorumq; laborum fœtus: quibus vel ex eo faueas, vt ſequentes partus tua deinceps auctoritate confirmati, firmiores robuſtioreſq; ſuccedant. Sicque tuo fauore adiutus, & meliora, & maiora cudere indies non dubitabo: opuſque ipſum, ſi minus meo nomine, tua certè auctoritate, & commendatione legetur. Vale principum humaniſſime, & virtutum viua imago: ex tua Taurinorum academia. Anno virginei partus quingenteſimo vigeſimo tertio ſupra milleſimum. pridie kal. Ianuarij.

IOANNIS FRANCISCI PVRPVRATI DE PINEROLIO IVRECONSVLTI:

Et in ſupremo conſilio Excellentiſsimi Sabaudiæ Ducis Præſidis olim Taurini ordinarie legentis.

IN PRIMAM CODICIS PARTEM COMMENTARIA.

De ſumma Trinitate. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Trinitas, quare ſumma dicatur.*
2 *Fidei Catholicæ quare in rubr. ſiat mentio non autem ſimpliciter de fide.*
Fides vt virtus eſt Theologica quare catholica dicatur.
3 *Diſputare de fide publicè quare non liceat.*
Rubrica per dictionē (vt) concepta ad deciſionem adducitur.
4 *Fidei diffinitio.*
5 *Symbolum Apoſtolorum quid contineat.*
6 *Ad fidem indirectè, & ſecundariò ea pertinent, ex quibus ſi non crederē-*
tur ſequeretur corruptio alicuius articuli.
7 *Papa non diſpenſat in articulis fidei.*
8 *Verbum contendere capitur pro diſputare.*
9 *Verbum tractare idem importat quod diſputare.*
10 *Contentiones ex diſputationibus proueniunt.*

COntinet hęc rubrica tres par-
ticulas, quæ patēt in textu. Et quare dica-
1 tur † ſumma Trinitas, & non ſimpliciter,
de Trinitate, rationem ponit Azo hic: &
aliam Abbas in rubrica extra eod. & facit
q̄a hæc dictio ſumma idē importat q̄ pri-
ma, & maxima. Inſt. de iure perſo. in prin. & l. j. ff. de rer. diui.
2 ¶ Secundò quare dicatur, de fide † Catholica, & non de fide
ſimpliciter, ex glo. hic ſumitur, vt per talem adiectionē in-
telligatur non de omni fide, ſed de ea quæ virtus eſt theolo-
gica. Etenim terminus fides multum generalis. l. j. ff. ſi cert.
pet. Et quare fides ipſa vt virtus ita eſt, catholica nuncupe-
tur: glo. hic penultima declarat: quia vniuerſalis eſt ratio-
ne eius diuulgationis iuxta illud Dauidicū in pſalmo xviij.
3 Non ſunt loquelæ neq; nationes: quarum non audiantur
voces eorum. vbi Auguſtinus ita notat. Hanc & plures alias
rationes nouiſſime ordinat Ioannes Franciſcus Picus. lib.
de fide & ordine credendi. theoremate. iiij.
¶ Tertiò tex. huius rubricæ orationē ponit negatiuā, vt ne-
3 mo de fide † publicè habeat diſputare: & rationem ponit
tex. in l. nemo. C. eo. quam l. valde extollit diuus Thomas ſe-
cunda ſecundæ. q. 10. artic. 7. Et ex hmōi rubricis per dictio-
nem vt conceptus poteſt allegatio ſumi, cū ſicut tex. diſpo-
nant ſm Bal. in rubr. C. an ſeruus ex ſuo facto poſt manumi-
tteatur. & Iaſ. eum ſuſtinet in rub. Inſtit. de action. col. iij. Et
quod dicitur hic publicè idem videtur ſi priuatim. c. quicun
que. §. j. de hære. lib. 6. niſi causa inſtructionis maioris: vt per
Felin. in c. ij. col. 3. verſi. an laicus poſſit prædicare: extra de
iudi. & prius Thomas in dicto. 7. art. & tradit ſumma Ange-
lica in ver. diſputare. vbi aliter limitat.
¶ Glo. prima huius rubricæ ponit tres rationes quare com
pilatores ab hac rubrica principium faciāt. Et prima ratio
adaptatur ſecundæ parti, quæ de fide loquitur. Secunda ve-
rò primæ, quæ de trinitate meminit. Tertia autem ratio eſt
promiſcua ad vtranque partem. & hanc glo. declaretis: vt
hic per Pau. de Caſt.
4 ¶ Glo. ij. tangit diffinitionem fidei † ab Apoſtolo traditam
ad hebræos. xi. dicen. Quod eſt ſubſtantia ſperandarum re-
rum, argumentum non apparentium. Nō ſm hanc glo. ſub
ſtantia exponitur id eſt credulitas: ſed aliter & melius expo
nit Abb. in rub. extra eod. vbi glo. latius inſtat circa hāc diffi
nitionem. Præterea dum vult glo. hæc: q̄ dicatur ſperanda
rum rerum, quia non eſt cuiuslibet rei: ſed circa Trinitatē:
5 ad lite, & Chriſti humanitatem. Et ideo in ſymbolo † Apo-
ſtolorum 14. articuli continentur: quorum ſeptem perti-
nent ad diuinitatem: & ſeptem ad humanitatē Chriſti: de
quibus tangit hic Azo in ſumma: & tex. in epiſtola victor.
C. eod. & ordinate Ricard. in iij. ſniarum. diſt. 25. Et hæc vera
ſunt directè & principaliter: ſed indirectè & ſecundariò ad
6 fidem † pertinent ea, ex quibus ſi non crederentur: ſeque-
retur corruptio alicuius articuli: vt tradidit Thomas. 2. 2. q.
11. artic. 2. cardi. & cano. in clem. j. extra de hær. & ſumma
Angelica in verſi. hæreticus. in princ. & pro hac ſubauditio-
ne & declaratione ad gl. facit tex. in c. qui epiſcopus. 23. diſt.
Et ſcripta per ſummam Angelicam in verbo fides. §. 4. & 5.
7 Et in his articulis fidei † Papa non habet poteſtatem diſpen
ſandi ſecundum Abb. poſt antiquiores, in c. propoſuit. de
conceſ. præben. quinimmo nec poteſt diſpenſare contra
concilia loquentia de fide. glo. in c. ſicut. in verbo præſu-
mit. 15. diſtinct. & tradidit Felinus in c. j. col. 7. verſi. amplia
tertiò. extra de conſtitu.
¶ Glo. penultima & finalis remanent expeditæ ex dictis ſu-
pra circa tex. rubricæ. Eſt tamē notandum ex hac final. glo.
8 † q̄ terminus cōtēdere exponitur. i. diſputare & pariter ver-
9 bum tractare † importat tantum quātum diſputare: & hoc
eſt: quia termini contendere & tractare generales ſunt. l. j.
§. quod ait. ibi contenden. ff. de his quæ in fraud. credito. l. ſi
autem. ibi ſi cum peritioribus tractatum habuiſſes. C. de in
gen. man. & latè moderni in c. 2. in primo notab. per illum
10 tex. extra de iudic. † Sed in diſputationibus contentiones
proueniunt: quæ aliquādo poſſunt eſſe cauſa peccati: etiā
mortalis in multiplici caſu. Inter quos caſus eſt hic de quo in
vltima parte rubricæ noſtræ fit mētio: vt ſpecialiter tradit
ſumma Angelica in verbo cōtentio. §. j. & Alexan. de Ales
in ſecunda ſecundæ titulo de cōtētione. Et diuus Thomas
2. 2. q. 38. Et ideo dicit tex. in c. omnem vim. diſt. 37. q̄ regnū
Dei eſt in ſimplicitate fidei non in contentione dyalectica.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Theodoſii Imp. laudes.*
2 *Dos propter vnam filiam non eſt alijs ſubtrahenda.*
3 *Articulos fidei tenere implicitè an ſufficiat.*
4 *Implicitè ſcire quis dicatur.*
5 *Hæreticus non eſt, qui implicitè habet fidem eccleſiæ: licèt in aliquo ar-*
ticulo erroneum quid ſentiat, credens ita eccleſiam tenere.
6 *Diſciplina Apoſtolica comprehendit doctrinam Euangelicam.*
Fidei notitia qui ſine culpa caret an poſſit ſaluari remiſſiue.
7 *Clementia Principem maximè decet.*
8 *Epiſcopi dicuntur Apoſtolici & quare.*
9 *Nomen habere pulcorum dignares eſt.*
10 *Chriſtianus catholicus dici præmium reputatur.*
11 *Dogmatizare dicitur, qui contra fidem contendit.*
12 *Imperator dominus vniuerſi orbis.*
13 *Principis aſſertioni non creditur vbi de re ardua & tertij præiudicio*
agitur.
14 *Papa in ſpiritualibus omnibus præeſt.*
Principes Chriſtiani omnes ſubijciuntur Rom. Pont.
15 *Pluralitas Principatuum mala.*
Imperator poſt Dei vicarium omnibus præeſt.
16 *Homo par non mundus.*
17 *Imperator poteſt lege ſua populos omnes ligare.*
18 *Florentini non recognoſcunt ſuperiorem.*
19 *Franigenæ Imperatorem non recognoſcunt.*
20 *Imperator eſt legibus ſolutus.*
Rationis dictamine ex vi poteſt vtuus.
21 *Veneti legibus Imperialibus non vtuntur.*
Lex condens populos comprehendit omnes populos etiam de facto Impe-
ratorem non recognoſcentes.

IO. FRANCISCI
PVRPVRATI
IVRECONSVLTI
EXCELLENTISSIMI,
SENATORISQVE OLIM SVPREMI
conſilij, ac Præſidis Patrimonialis Illuſtriſsimi
Sabaudiæ, &c. Ducis:

In ſecundam Codicis partem, commentaria acutiſsima, & copioſa,

NVNC PRIMVM IN LVCEM ÆDITA SVMMA DILIGENTIA impreſſa: ac locupletiſsimo Indice dotata.

AVGVSTAE TAVRINORVM,
Apud Io. Baptiſtam Beuilaquam,
MDLXXXVIII.

TITVLI, ET LEGES IN SECVNDAM partem Codicis.

Qui admitti, &c. Rub. 2
L. Prima. 5
L. II. 10
L. III. 10
L. IIII. 11
L. Final. 13
Quand. non peten. par. Rub. 15
L. Prima. 16
De bon. poſſ. ſec. tab. Rubr.
L. Prima. 22
L. II. 23
De bo. poſſ. cont. tab. Rub. 24
L. Prima. 25
L. Poſthumo. 26
De bo. poſ. cont. tab. lib. Rub. 28
Vnde liberi. Rub. 28
L. Prima. 29
L. II. 29
L. III. 31
Vnde legittimi. Rubr. 43
L. Prima. 44
L. II. 45
L. III. 45
L. IIII. 45
L. Final. 49
De ſucceſſ. edict. Rub. 53
L. Prima. 57
L. II. 59
De collationib. Rub. 63
L. Prima. 63
L. Eademum. 63
L. Poſthumo. 63
L. Nec emancipati. 63
L. Liberos. 63
L. Si donatione. 63
L. II. Si pater. 64
L. III. Pactum. 66
L. Filiæ dotem. 67
L. Dotis. 68
Auct. Quod locum. 69
L. Filiam. 72
L. Si ſoror. 73
L. Filiæ licet. 74
L. Si maritus. 75
L. A patre. 76
L. Filiam cum fratribus. 77
L. Vt liberis. XVII. 77
L. Illam. 78
L. Illud. 81
Auct. Ex teſtamento. 84
L. Si emancipati. 84
De Impu. & alijs ſubſt. Rub. 87
L. Prima. 88
L. Precibus. 90
Eiuſdem l. ſecunda lectura. 93
L. Cum quidam. 98
De liber. præter. Rub. 100
L. Si ſanus. 101
L. Maximum vitium. 102
L. Si quis filium. 103
Auct. Non licet. 103
Auct. ex cauſa. 107

IOANNIS FRANCISCI PVRPVRATI IVRISCONSVLTI EMINENTISSIMI.

In ſecundam partem Codicis, in Academia Taurinenſi prælectiones.

Qui admitti ad bono. poſſeſ. poſſunt, & intra quæ tempora. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtates noſtri temporis, æquiparantur prætoribus ſecundum Bal.*
2 *Poteſtates poſſunt ſtatuere contra ſtatuta locorum, ſicut dicitur ſicut prætor contra ius ciuile ex cauſa reuiſiue.*
3 *Leges tranſgredi non licet, niſi ſupremis iudicibus etiam ex cauſa.*
4 *Quis, qui relatiuam reſtrictionem recipit.*
5 *Legitimatio perſonarum exigitur in omni iudicio ſummario regulariter præcipue in petenda bonorum poſſeſſione. nu. 6.*
7 *Mandati probatio plena requiritur adeo, vt facta ſemiplene non poſſit ſuppleri iuramento ad perſonæ legitimationem.*
8 *Exceptio illegitimæ perſonæ ſtatutum emanauit omnes exceptiones, non tamen cenſetur excluſa.*
9 *Iudex parte non opponente, non poteſt ſupplere exceptionem illegitimæ perſonæ ſecundum vnam opinionem, ſed ſecundum aliam verſarem poteſt ex officio repellere procuratorem mandato carentem.*
10 *Tertius ſi pro ſuo intereſſe comparet in aliena cauſa non videt plenam legitimationem ſue perſonæ ſecundum Fely. ſed Alex. contra.*
11 *Iudex quando oppoſita exceptione illegitimationis iudicium tacite interloquendo tranſit ad vlteriora cenſetur approbare interuentum & multo magis valebunt acta ſi producitur interuentum eſſe legitimum quamuis rematu non ſit.*
12 *Factum iudicis magis quam partis conſideratur in bonorum poſſeſſione admittenda, vel repudianda: quamuis etiam aliquid in partium. 13.*
14 *Bonorum poſſeſſio, & non poſſeſſio bonorum cur dicatur remiſſiue.*
15 *Poſſunt verbum, vt ad potentiam ſimplicem, ita etiam ad actum ſtatutum extenditur.*
16 *Et copula, eſt repetitiua præcedentium.*
17 *Intra, coniuncta tempori, infra, loco proprie, tamen aliquando, improprie accipiuntur eodem ſenſu.*
18 *Bonorum poſſeſſionis agnitio probari debet facta intra tempus debitum ab eo, qui agit poſſeſſoria hæreditatis petitione.*
19 *Emancipatio, & teſtamentum filij, quando eadem die facta apparent emancipatio præceſſiſſe præſumitur.*
20 *Conditio a lege adiecta importat ſolemnitatem, quæ probanda eſt.*
21 *Reſtitutionem in integrum implorans ex capite minoris ætatis, aut aliàs debet probare ſe intra tempora legitima conſtitutum.*
22 *Appellans debet probare intra decem dies appellaſſe.*
23 *Tempus vbi eſt fundamentum intentionis allegantis probandum eſt.*
24 *Libelli, & poſitionum forma in bonorum poſſeſſione petenda remiſſiue.*
25 *Decretum interpoſitum agnitioni bonorum poſſeſſionis facit præſumi fuiſſe intra tempus agnitam præſertim, ſi parte præſente, vel citata.*
26 *Continuatio fieri debet ad proximum. Et ad id de quo principaliter agitur non incidenter tantum nu. 27.*
28 *Occaſio, pro cauſa non ordinata ad effectum, ſed quæ accidentaliter contingit accipitur.*
29 *Titulus generalis ſpeciales debet præcedere.*
30 *Bonorum poſſeſſio in genere reperitur, vt legiſta genus ſumunt.*
31 *Agnoſcens bonorum poſſeſſionem coram iudice debet exprimere titulum ſeu caput, ex quo agnoſcit, quod procedit ſecundũ antiqua tempora.*
32 *Vſque, dictio ſtat incluſiue.*
33 *Diuiſio bonorum poſſeſſionis.*
34 *Inſtrumentum propter quod, & inſtrumentum quo, differunt, vt mediatum, & immediatum.*
35 *Bonorum poſſeſſio, & bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitio differunt, poſſunt tamen cumulari in eodem libello num. 36. ſi ſubordinate ponuntur, ſecus ſi ſimpliciter num. 37. contrarium cenſet nu. 38.*
39 *Agens bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitione, is cui delata bonorum poſſeſſio fuerat, ſic agens eam prius agnouiſſe videtur, numero 42.*
40 *Regula l. illud ff. de acquir. hær. non militat in his, quæ exigunt expreſſionem verborum.*
41 *Qualiſcunque, dictio continet etiam tacitam agnitionem, ſiue ſubandictam.*
43 *Animaduertibus ad effectum, habuiſſe prius ad cauſam cenſetur.*
44 *Cauſæ qualitas, ex qualitate effectus conſpicitur.*
45 *Dubitatio ſiue error libellantis an ex ciuili, vel prætorio iure venire poſſit non obeſt.*
46 *Bonorum poſſeſſoria hæred. petitio pro vna et in potentia comprehendit omnes: præſertim ſi libellus habet clauſulam narrat omni meliori modo.*
48 *Agnitio tacita non procedit in bonorum poſſeſſione gratia litis ordinanda, quæ expreſſam impetrationem deſiderat.*
49 *Bonorum poſſeſſio, & hæreditas inuicem differunt.*
Aliqua tamen eſt ſimilis nu. 50.
50 *Verba in diſpoſitionibus proprie, & improprie ſignificato accipi debent nu. 51. & id in dubio: ſecus ſi aliquid ſuadet, vt ad remota referantur, num. 52.*
53 *Determinatio reſpiciens diuerſa debet æqualiter ea determinare, niſi ſit diuerſitas rationis in determinabilibus nu. 54.*
55 *Diſſinitio eadem non debet diuerſo iure cenſeri.*
56 *Cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.*
57 *Edictalis bon. poſſ. parit ius agnoſcendi, quod ante agnitionem non dicitur eſſe in bonis noſtris.*
58 *Definitio, & media ex præcedentibus, & ſequentibus recipiũt ſubalternationem & declarationem.*
59 *Hæredis appellatione, venit bonorum poſſeſſor, etiam in materia ſtricta.*
60 *Mandatum ad adeundam hæreditatem extenditur ad agnoſcendam bonorum poſſeſ.*
61 *Bonorum poſſeſſio diffinita per Iureconſultum intelligitur de decretali.*
62 *Ius adeundi differt ab aditione, & non eſt in bonis noſtris ante aditionem.*
63 *Cogitatio generalis a prætore, legiſlatore, vel alio, qui diſponat facta, tam operatur, quod ſpecialis.*
64 *Confirmatio eſt actus ſuperioris, qui nec a pari, nec a minori fieri poteſt.*
65 *Ars, & natura nihil faciunt fruſtra.*
66 *Iuriſdictio prætoria excitari non alterari dicitur ex mandato legis.*
67 *Remedio vnum debet vti cum ſua qualitate, vt clericus viuere ſtatutis laicorum.*
68 *Filij ſpurij licet iure ciuili non ſint alendi, tamen ſecus ex æquitate canonica, quæ obtinet etiam in terris Imperij, & petitio alimentorum fieri poteſt coram iudice eccleſiaſtico.*

PRO introitu huius rubricæ, ne illotis ad illam manibus accedamus, præmittite primo dicta Bal. hic, de quibus dicã in primo euidentiali. Bar. in l. 1. infra eo. Laborãt tamen Roman. & poſteriores circa
1 † vnam æquiparationem, quam hic facit Bal. de poteſtatibus noſtri temporis ad prætores Romanos, inferens, ꝙ ſicut prætor contra
2 ius, ita ipſi contra ſtatuta † locorum edicere poſſunt ex cauſa de æquiparatione dicite, vt per Bar. in l. 5. in prin. infra de verb. obli. Et de illatione, vt per eum in l. 1. in fi. prin. & in l. omnes Populi, in 4. quæſt. primæ partis. ff. de iuſt. & iu. Quicquid ſit, æquiparatio indiſtincte, non procedit in omni poteſtate, tum quia Bal. videtur præſupponere vnum falſum, ꝙ prætor non haberet poteſtatem ſtatuendi: quod eſt contra §. eo autem tempore. ff. de orig. iur. quia ibi proprie de tali poteſtate loquitur: & in §. cumq; conſules, loquitur de poteſtate iuris reddendi, & de prima poteſtate eſt etiam tex. in §. prætorum, inſt. de iur. nat. gen. & ciu. tum quia
3 non licet trãſgredi leges † niſi ſupremis iudicibus etiam ex cauſa, vt eſt ſolemne dictum Bal. in auth. hodie. C. de iudic.